

CHRISTI
450.

LEONIS PAP.
II.

VALENTIN. 26. IMPP.
MARCIANI I.

impense diligitis, illa res minuat, que pietatem vestram alie offendit. Et sane manifestum est Ecclesie Arelatensis divina gratia favorem adesse, cui talem habere contigit sacerdotem, per quem privilegia dignitatis antiqua, qua dolebat sibi pro tempore diminuta, gauderet in perpetuum recentioribus Apostolica sedis auctoribus reformata.

LIV. Omnibus etenim regionibus Gallicanis notum est, sed nec sacrosancta Ecclesia Romana habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatensis civitas missum a beatissimo Petro Apostolo sanctum Trophimum habere meruit sacerdotem, & exinde alius paulatim regionibus Galliarum bonum fidei & religionis infusum: priusque alia loca ab hoc rivo fidei, quem ad nos Apostolica institutionis fluentia miserunt, meruisse manifestum est sacerdotem, quam Viennensis civitas, que sibi nunc impudenter ac notabiliter primatus exposcit indebitos. Jure enim ac merito ea urbs semper apicem sancta dignitatis obtinuit, que in sancto Trophimo primicias nostre religionis prima suscepit, ac postea intra Gallias hoc quod divino munere fuerat consecuta, studio doctrina salutaris effudit. Cujus honoris obtentu Ecclesiam Arelatensem omnes decessores predecessoresque nostri velut matrem debito semper honore coluerunt, tenentesque traditionem totam ab hac sibi civitatis nostra sede Episcopos postularunt. Ab hujus Ecclesie sacerdote tam decessores nostros, quam nos ipsos constat in sanum sacerdotium, donante Domino, consecratos. Quam quidem antiquitatem sequentes predecessores beatitudinis vestre, hoc quod erga privilegia Arelatensis Ecclesie institutio vetusta tradiderat, promulgatis sicut & scrinia Apostolica sedis proculdubio continent, auctoritatibus confirmant: credentes plenum esse rationis atque justitie, ut sicut per beatissimum Petrum Apostolorum principem sacrosancta Ecclesia Romana teneret supra omnes totius mundi Ecclesias principatum, ita etiam intra Gallias Arelatensis Ecclesia, que sanctum Trophimum ab Apostolis missum sacerdotem habere meruisset, ordinandis pontificium vendicaret: His secundum religionem utitur privilegiis Ecclesia memorata.

Ceterum multa sunt, quibus secundum instituta Principum cunctis intra regiones nostras civitatibus preferatur. Hec in tantum a gloriosissime memorie Constantino peculiariter honorata est, ut ab ejus vocabulo preter proprium nomen, quo Arelas vocitatur Constantina nomen acceperit. Hanc clementissime recordationis Valentinianus & Honorius fidelissimi Principes specialibus privilegiis, & ut verbo ipsorum utamur, matrimonium Galliarum appellando decorarunt. In hac urbe quicumque intra Gallias ex tempore predictorum ostentare voluit insignia dignitatis, Consulatum suscepit & dedit. Hanc sublimissima prefectura, hanc reliqua potestates, velut communem omnibus patriam, semper inhabitant. Ad hanc ex omnibus civitatibus multarum utilitarum causa concurritur: & plane ita sibi erga privilegia memorata vel Ecclesie vel civitatis, divina (ut credimus) dispensatione, omnia consenserunt, ut semper sicut Ecclesia Arelatensis intra Gallias primatum in sacerdotio, antiquitatis merito, ita etiam civitas ipsa principatum in seculo, opportunitatis gratia possederit. Unde factum est, ut non solum provincie Viennensis ordinationem, sed etiam trium provinciarum, contemplatione sancti Trophimi

LVI
Arelat.
Civitatis
dignitas,
& laudes.

reprehendit, quod Sanctum Joannem Chrysostomum in exilium amandarit, anno sc. CDIV, Allatius in Diatriba de Nili & eorum Scriptis, arbitratur, Nilum usque ad annum Christi quingentesimum, qui decimus erat Anastasi Imp. pervenisse; quod in Epistola ad Zosorium Tribunum, que libri primi quinquagesima septima est, Nilus postquam dixit, Judæos ob Christum morti addictum perpetuo excidio traditos esse, subjungat: *En itaque quingentesimus annus, & nusquam divinum subsidium, non auxilium, non consolatio.* Inde enim infert Allatius, tum cum hac scriberet. Nilus annos centum viginti tres numerasse; quia annos triginta natus videtur fuisse, quando Arcadii labe & maculas ingenuitate libera increpavit. At quemadmodum anno CCCLXII. observavi Hilarium Diaconum, cum sexto mundi millenario se se scribere asserit de sexto millenario inchoato intelligendum esse: ita & Nilus de quingentesimo Christi anno tantum incepto, seu de quinto seculo, numero rotundo loquitur. Quare ubi in Græcorum Menologio ad diem XII. Novembris quo Sanctus Nilus colitur, habetur hunc floruisse

PAGIUS ecclesie postulant. Sanctus Leo hanc litem ita composuit, ut Viennensi Metropoli quatuor Episcopatus attribueret, Valentinum, Tarentasensem, Genevensem, & Gratianopolitanum: reliquos subjecerit Arelatensi Metropolitæ. Libellum illum, literasque Sancti Leonis Baronius recitat; Sirmundus tamen in Tomo I. Concil. Gallia diverso a germanis monumentis characterem libellum excudi curavit, quod cum supposititum existimaret, qua & in sententia fuit Launojus in Differt. de duobus Dionysis, & quidam alii. Verum immerito huic libello suppositionis nota inuritur, quemadmodum jam a pluribus Viris doctis ostentum est, & quidem adeo solide, ut nullum hac de re dubium superesse possit.

XV. Floruit Sanctus Nilus Ascetes, Theodosio & Marciano imperantibus, Sancti Joannis Chrysostomi discipulus, cujus Epistolas Leo Allatius, & Opuscula Josephus Maria Suarez Episcopus Vastonenfis publicarunt. Ipse Nilus in Epistola CCLXV. lib. 2. in Epistola CCLIX. lib. 3. utraque ad Arcadium Imp. scripta, statem suam firmissime asseverat, cum Arcadium

Floruit Sanctus Nilus Ascetes, Theodosio & Marciano imperantibus, Sancti Joannis Chrysostomi discipulus, cujus Epistolas Leo Allatius, & Opuscula Josephus Maria Suarez Episcopus Vastonenfis publicarunt. Ipse Nilus in Epistola CCLXV. lib. 2. in Epistola CCLIX. lib. 3. utraque ad Arcadium Imp. scripta, statem suam firmissime asseverat, cum Arcadium